# - CIL XI 7431 = AE 1911, 184 (Ferentis)



**7431** tabula marmorea marginata alta m. 0,45, lata 0,83, crass. 0,05, litteris in vv. 5–7 partim evanidis. Reperta a. 1908 Ferenti in thermis servatur Viterbii.

SEX·HORTENSIVS·A·F·STEL
SEX·HORTENSIVS·CLARVS
MAG·LAR · ACCENSVS
a. 765/12 aut 770/17 CERMANICI·CAESARIS · COS·FORVM·ET
AVGVSTEVM·CVM·STATVIS·LVII CIRCA
PORTICVS ET·LACVS·ET·CLOACASSOLO PRIVATO
S·P·F·C·IDEM·DEDIC·CRVST ///// P... ·DED

Saepius describere conatus sum cum comitibus et ectypa sumpsimus. Edidit Galli *not. d. scavi* 1911 p. 23 meum exemplum secutus.

In exitu v. 3 sunt litterae R A aetate recentiore incisae. — 5 quae inter STATVIS et CIRCA fuerunt, fere evanuerunt; fuisse LXIV mihi non incredibile videtur. — 6 post CLOACAS fuisse SOLO·PRIVATO a. 1911 mihi videbar deprehendisse. — 7 *s(ua) p(ecunia) f(aciendum) c(uraverunt); idem dedic(atione) crust[lum et e]pul(um) ded(erunt).*

Sex(tus) Hortensius A(uli) f(ilius) Stel(latina),
Sex(tus) Hortensius Clarus,
mag(ister) Lar(um), accensus
Germanici Caesaris co(n)s(ulis), forum et
Augusteum cum statuis LVII circa
porticus et lacus et cloacas solo privato
s(ua) p(ecunia) f(aciendum) c(uraverunt); idem dedic(atione) crustulum et epul(um) ded(erunt).